



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

29. Quomodo Satyrus D. Ambrosij frater Eucharistiam collo appensam  
habens, in naufragio incolamis seruatur.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

*De puero quodam defuncto, cuius corpus terra con-  
neri non potuit, antequam corpus Dominicum  
S. Gregorij adhiberetur, anno Domini 530. S. G.  
gorij lib. 2. Dialogorum cap. 4.*

## CAP. XXVIII.

**Q**uadam die, dum quidam eius Benedi-  
cti puerulus monachus parentes suos, ut  
quàm deberet, diligens, atque ad eorum habi-  
taculum tendens, sine benedictione de mona-  
sterio exiisset, eodem die, ut ad eos perven-  
defunctus est, cumq; esset sepultus, die altera  
proiectum foras corpus eius inventum est, quod  
rursus sepulturæ tradere curaverunt. Sed  
quenti die iterum proiectum exterius, atq;  
inhumatum, sicut prius inuenerunt, tunc  
citi ad Benedicti Patris vestigia currētes, cum  
magno fletu petierunt, ut ei suam gratiā lar-  
ri dignaretur. Quibus vir Dei manu sua pro-  
nus cōmunionem Domini corporis dedi-  
dicens: Ite, atq; hoc Dominicum corpus sup-  
pectus eius cum magna reuerentia ponite,  
sic sepulturæ eum tradite. Quod dum factum  
fuiſſet, susceptum corpus eius terra tenuit, et  
ultra proiecit. Perpendis Petre apud Iesum  
Christum Dominū, cuius meriti iste vir fuit  
rit, ut eius corpus etiam terra proiecerit, quod  
Benedicti gratiam non haberet.

*D. Ambros. in oratione funebri 1. de obitu Satyri  
iris sui. Satyrus Ambrosij frater Eucharistiæ col-  
appensam habens, in naufragio incolumis seruatus.*

Q  
fe  
gi  
scop  
flu  
fed  
tiat  
fide  
riof  
con  
in o  
se d  
pag  
retu  
Itaq  
den  
titu  
mig  
rit  
sua  
fefe  
ynd  
pra  
stat  
vel  
gen  
Ecc  
tus

**Q**uid igitur obseruantiam eius erga Deum cultum prædicem? Qui priusquam perfectioribus esset initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, cum ea, qua ueheretur, nauis scopuloso illisa vado, & vrgentibus hinc inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne vacuus mysterij exiret e vita, quos initiatos esse cognouerat, ab his diuinum illud fidelium sacramentum poposcit: non ut curiosos oculos insereret arcanis, sed ut fidei suæ consequeretur auxilium. Etenim ligari fecit, in oratio, & orarium inuoluit collo, atque ita se deiecit in mare, nõ requirens de nauis compage resoluta tabulam, cui supernatans iuaueretur, quoniam fidei solius arma quaesierat. Itaque hic se tectum atq; munitum satis credens, alia auxilia non desiderauit. Simul fortitudinem eius spectare licet, qui fatifcente remigio non quasi naufragus tabulam sumpserit, sed quasi fortis ex seipso adminiculum suæ virtutis assumpserit. Nec deseruit spes, nec fefellit opinio. Denique primus seruatus ex vndis, & in portum terrenæ stationis euectus, præsulem suum, cui se crediderat recognouit, statimque vbi etiam cæteros seruulos suos, vel ipse liberauit, vel liberatos cõperit, negligens facultatem, nec amissã desiderans DEI Ecclesiam requisit, ut ageret gratias liberatus, & mysteria æterna cognosceret, pronuncians,

64 COLLATION. SACRAR.  
cians, nullum referendæ gratiæ maius  
officium.

*Ex vitis sanctorum Patrum, contigit autem circa  
num Domini 392. & citatur à Ioanne Garen  
consensu vniuersalis Ecclesiæ, de veritate cor  
ris Christi in Eucharistia, Centenario 4. De Eu  
ristia in puerulum mutata, itemque in caro  
sanguine cruentatam, propter quendam incredulitatem*

CAP. XXX.

**D**ixit Arsenias de quodam sene in Scythia  
(*Lib. de providentia 2. contemplatione.*)  
erat magnus in hac vita, simplex autem in  
de, & errabat, quia idiota erat, & dicebat  
esse naturaliter corpus CHRISTI panem  
consecratum, quem sumimus, sed figuram  
eius. (*Guimundus libro tertio de Eucharistia.*)  
audientes duos senes, illum dicere hunc  
monem, & scientes, quia magna esset  
eius & conuersatio, cogitauerunt, quod  
nocenter & simpliciter hoc diceret, venerunt  
ad illum, & dicunt ei: Audiuimus, Abba, ser  
monem cuiusdam infidelis, qui dicit: quod  
panis, quem in sacra communionem sumimus  
non est naturaliter corpus CHRISTI secun  
dum veritatem, sed figura eius. Senex autem  
respondit eis: Ego sum qui illud dixi: illi au  
tem rogabant eum, dicentes: Non sic creditur  
Abba, sed sicut Ecclesia Catholica tradit. Nos  
autem credimus, quia panis ipse corpus Chris  
ti est, calix iste sanguis Christi, secundum ve  
ritatem

